Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

uenerunt sicut dixerat illis ⁊ paraerunt pascha. Vespe
re autem facte: uenit cum duodecim. Et discumbentibus eis et
manducantibus: ait ihs. Amen dico uobis: quia unus
ex uobis me tradet: qui manducat mecum. At illi cepe
runt contristari ⁊ dicere ei singillatim: Numquid ego?
Qui ait illis. Unus ex duodecim: qui intingit me
cum in catino. Et filius quidem hominis uadit sicut
scriptum est de eo. ue autem homini illi per quem filius ho
minis tradetur. Bonum erat ei si non esset natus homo
ille. Et manducantibus illis accepit ihs panem: ⁊ bene
dicens fregit ⁊ dedit eis ⁊ ait. Sumite hoc est corpus
meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis. Et
biberunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est sanguis
meus noui testamenti: qui pro multis effundetur. Amen
dico uobis: quod iam non bibam de genimine uitis
usque in diem illum cum illud bibam nouum in regno
dei. Et hymno dicto: exierunt in montem oliuarum. Et
ait eis ihs. Omnes scandalizabimini in nocte ista: quia
scriptum est. Percutiam pastorem ⁊ dispergentur oues. Sed
postquam resurrexero: praecedam uos in galileam. Petrus
autem ait ei. Et si omnes scandalizati fuerit: sed non ego. Et
ait illi ihs. Amen dico tibi: quia tu hodie in nocte hac
prius quam bis gallus uocem dederit: ter me es negatus.
At ille amplius loquebatur. Et si me oportuerit simul
cum tibi: non te negabo. Similiter autem ⁊ omnes dixe
runt. Et uenerunt in praedium cui nomen gethsemani: et
ait discipulis suis. Sedete hic donec orem. Et assumpsit
petrum ⁊ iacobum ⁊ iohem secum ⁊ cepit pauere et taedere.
Et ait illis. Tristis est anima mea usque ad mortem: Sus-